DE PVERO NAZARENO REGE CIRCONCISO ORATIO HABITA IN SACROSANCTO SAENATV.

PII IIII. PONT. MAX. FRANCISCO ALCIATO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

A FRANCISCO SCANTIO I. C. Mediol. & Prothonot. Apost. Consecrata.

FRANCISCO ALCIATO S. R. E. Card. Amplissimo, Franciscus Scantius. I. C. S. D. P.

QVANTVM debuit alias, doctissimus ille uir dispositioni Tex. in L. miles §. defuncto ff. de adul. ex cuius gratiosa deciss. galero purpureo decorari fuit meritus. Tantum tu unus Amplissime Pater debere ingenue fateris authoritati L. pulcherrimæ aureæ & notatu dignæ inter claras C. de summa Trin. & fide. Cath. quæ te adeo semper honestiss. moribus clariss. uirtutibus summa fide & religione excoluit decorauit ex ornauit seriò ut ex hoc à PIO IIII. Pont. Max. optimo iudicio cognitus a Carolo Borromeo Card. integer. approbatus. & inter purpuratos patres tandem iure merito fueris cooptatus in quo est ut plurimum ingenuæ naturæ qua uixisti absque nota circoncisis omnibus naturæ affectibus & passionibus quod præsenti oratione docemur. Plurimum exculta Arti debeas omnia tamen Deo Maximo accepto feras a quo bona nostra tanquã ab amenissimo fonte facile proueniunt. Illum (& si indignus) iugiter deprecabor ut fœlicitet prosperet fortunata indies magis ac magis uota reddat Interim suscipe tenue munus nomini tuo consecratũ tuere illud et protege qui me meaq; accerrime fuisti tutatus bene uale manus sacratissimas omni ex osculor religione.

DE PVERO NAZARENO REGE CIRCONCISO ORATIO HABITA IN SACRO SANCTO SENATU PII IIII. Pont. Max.

OMNIA quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. Cæpit Ieſus prius facere in toto vitę ſuæ curriculo, dein de docere, exemplum morum Sanctæq; doctrinæ apud nos iugiter dimiſit, vt typum, modulum, & formulam inſtitutionis humanæ relinquens veſtigia quemadmodum ipſe fecit, ita & nos faciamus, ſudantes, per noctantes, vigilantes laborantes æſtuantes, operantes in continuo cultu vineæ, ſic ſequentes Sacroſancta inſtituta, præcioſa nimis, cara nimis pijs, & religioſis hominibus, ipſe prior dilexit nos quò mutuæ dilectionis Symbolum præberet æternũ, in hoc cognoſcent omnes quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis inuicem, in hoc caritas Dei perfecta eſt, in hoc conſiſtit vniuerſa lex, & pendent prophetæ, Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros. Ipſe prior perſecutiones, falſas æmulationes mali-

gnantium odia, fuit passus tollerauit acriterq; su-
stinuit, docens non omnes fortiter armari contra
tribulatiões, angustias, dolores quæ inueniunt nos
nimis, quas, & nos quandoque inuenimus claman
te propheta, tribulationem, & dolorem inueni nec
ideo minus æmulantes inimicos, & maligne per-
sequentes nos diligere debemus immò eos toto
corde omnibus viribus amare, ex animo summa
beneuolentia prosequi tenemur rursus instante
magistro dico vobis, diligite negligentes, vos ama
te infestantes nomina vestra, benefacite ijs qui vos
oderunt, nam si me caput vestrum sunt persecuti,
& vos capitis membra necessario iure persequen-
tur, non decet, nec iusta lege permissum est sub spi
noso capite membra iacere delicata, mõstruosum
hoc esset, ad similitudinem portenti, & prodigij fa
cile iudicaretur, non enim est seruus maior Domi-
no suo, nec discipulus supra magistrum. Ipse ho-
die (vt paucis mea terminetur circuncisa oratio re
secatis super fluis) in proprio Sanctissimoq; corpo
re circuncidi voluit vt homo innocens, purus, sim
plex qui peccatum non fecit, nec inuetus est do-
lus in ore eius, hæbreorum morem legemq; facile
imitatus, signum ostendens obedientis, & humilis
animi, quatenus se verum legislatorem legi subiu-
gauit, docuit nos, hoc Sacrosancto mysterio pul-
cherimo facto in præputio mentis in circuncisio-
ne membrorum, & mortificatione sensuum in ab-
negatione voluntatis, in resecatione superfluorum

iugiter ambulare, sic ad celestem gloriam deinde peruenire ad montem excelsum, qui Christus est post multos labores ascendere, habeamus Illustrissimi Cardinales victum & vestitum quibus tegamur his contenti simus memores sitis euangelicæ lectionis in qua summo terrore legitur de falso diuite purpurato qui induebatur quotidie purpura, & bisso, epulabatur splendide ab hoc repetijt impiã animã, angelus nequam & perditionis, sepultus est tandem in infernum, abnegatio sensus nostri, hæc est verã ꝓpria, legitima, tuta, certissima huius mysterii circuncisionis causa finis, terminus, scopus, gloriosusq; fructus, & quia mors intrat per fenestram, id est per oculos non erit nouum in solitum, & inusitatum, si de ipsis circuncidendis hodie cogitare voluerimus, de quo infensissimo hoste valde conquerebatur sacratissimus vir, oculus meus (inquit) depredatus est animum meam, Ideo Christus periculosum hostem sentiens oculum in hæc verba irrupit, qui uiderit mulierem ad concupiscendũ eam iam mæcatus est in corde suo, quid mirũ si sacratissimus ille, pariter & prudentissimus dicere solebat, pepigi fædus cum oculis meis vt nõ cogitarent quidem de virgine, castigandus est itaq; durus, ac inhumanus hostis, circuncidendus aduersarius fallax, acriter obiurgandus comprimendus, reprimendus, oprimendus, rationis freno in chamo, in morsu in habenis, maxillę eius constringẽdæ ne appropinquet nimis ne videat vanitates, vt

sic merito visu expurgato postea instare possi-
mus vide domine humilitatem meam, vide labo-
rem meum, & dimitte vniuersa delicta, castigandi
huius hostis remedium promptum, ac presto para
tum existit, si cogitationem, & meditationem mor
tis nostræ iugiter habuerimus, non mirum si per
fenestras intrat mors ipsis castigatis mors pariter
ellidìtur, confringitur, eneruatur, exterminatur;
nam contrariorum eadem est disciplina, o vtinam
ingrati prothoparentes nostri in Paradiso delitia
rum constituti, se morituros cogitassent, non vtiq;
libertatem visus ad vetitum fructum direxissent,
non lignum illud prohibitum scientiæ boni, & ma
li, insolenti, & temeraria arrogantia cõcupiuiscét,
decepti falsa allusione, allusiq; falsa deceptione,
vita viues, & non morieris, eritisq; sicut dij scientes
bonum, & malum, circuncidítur auditus noster se
cundus hostis, hac meditatione Sacrosanctæ Chri
sti mortis pretiosissimi distillãtis cruoris currentiũ
emissi sanguinis guttarum quas si animo nostro pia
meditatione reuoluerimus, vtiq; auditum non ad
nugas, non ad fabulas, non ad scurilitates, & vani
loquia non ad mendacia in quibus inest peccatum
non ad magistros prurientes auribus cõuertemus,
sed ab illis reuocati, auuersi alienati, pijs, & deuo-
tis præcibus aures intendentes tubam illã celestis
iuditii, auribus nostris sic resonantem audire vide-
bimur, Venite benedicti patris mei possidete re-
gnum vobis paratum & partum, sic recte operabi-

mur, ne pretiosus Christi cruor frustra super nos ceciderit, sic auditu rectè emendato & emundato, & disciplina pietatis erudito rectius gloriabimur, audi Domine orationem seruuli tui qua clamat tota die, & ne despexeris eam, audiuit syon, & lætata est, lætata est anima nostra in his quæ dicta sunt sibi, in domum domini ibimus; sequitur odoratus qui ita breui negotio circuncidendus erit, si fraudes mũdi, si dolos astutias calliditates imposturas supplantationes machinationes, coniurationes, iugiter nobis instantes, minitantes & iminentes, intrinsecus contemplemur, sic in odorem pessimum in fœtorem teterimum ista odorabimur, si hominẽ homini supplantatorem, adulatorem, insidiatorem falsissimum, mendacissimum amicum, falsum, & fictum infensissimum hostem intuebimur, occurãt quæso hic Caym, & Abel, Romuli, & Remi, Ioseph, & Fratrum, Esau, & Iacob, Noe, & Filiorum fraudolenta falsissima, & simulata exempla, hic Insurgunt pro patribus vitrici ficti, ꝓ matribus, odiosiss. molestiss. et infensiss. nouercæ quæ pro filiis priuignos excipiunt o iniquam conditionem temporum hæc si rectè perpendere voluerimus non amplius profecto voluptates mundi huius ille cebras, & adulationes in odorẽ suauitatis vt antea, verũ in nauscã in stomacũ sentiemus, & nõ poterimus odorẽ sustinere, clamabimusq; odorata est anima nostra, & stomachata est i nauseã & qui prius erat odor nunc erit fœtor dabiturq; protersio capillo cal

uities pro Zona cilitium, pro odore pessimus fętor, ex hoc testimonio suo confisus odor sic cum summa lætitia instabit, post Christũ clamitabit in odorem vnguentorum tuorum cucurri, viam mandatorum dilexi, ideo sancti tui benedixere, mihi, gustus adhuc superest quartus in ordine, qui vt teterrimus hostis & domandus est, ne indomitus remaneat, frænandus ne effrenis super sit, sic mortificabitur cum gloriam cęli meditari voluerit quæ talis, & tantæ existit, vt exuperet omnem nostram cogitationem, gustumq; deprauatum, & corruptum, penitus sanet, & suauitati restituat ad maxima eleuet in altum exurgere faciat. adeò vt cum Samaritana muliere conuersa exclamemus, qui biberit ex hac aqua sitietiterum, qui autem biberit ex aqua magistri non sitiet in æteruum, sed effitietur in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, flumina de ventre eius fluent, aquæ viuæ abundantissimè restaurantis labores nostros, qui sitit (clamat æterna veritas) veniat ad fontem, & bibat, & qui non habet argentum properet dabitur ei, gustate ergo, & videte quam bonus est Dominus his qui diligunt eum, sic purgato sensu cum Paulo clamabimus satiabor cum apparuerit gloria tua, gustus meus in conspectu tuo totus consistit, & versatur clamat anima tanta est illius gustus delectatio, vt ex eo percipiendo cupiat pius homo dissolui, & esse cũ Christo, vltimus remanet sensus, qui terminandus est nempè tactus noster qui ita emendabitur si pe

nas

nas inferni attrocissimas inhumanissimas sæuissimas præ oculis habuerimus quæ adeo sunt inhumanitatis plenę vt falsus ille diues qui dum vixit, nimia licentia ab vtendo immoderate dissolutè ac intemperatè tetigit eis se totum vt lutulentus sus tradendo immiscendo volutando tanq̃ fece limo cęno stercore delectatus, oblectatus est, recipiēdo bona in vita sua in inferis dū cruciaretur seuissimè torqueretur inhumanissimè, dum affligeretur attrocissimè tactus mitigatione summum dolorem aleuiari exoptabat mitè (iniquit) pater Abraam, Lazarum alias apud me infęlicissimum nunc fęlicissimū habitum vt intingat extremum digiti in aquam, vt refrigeret linguam meam quia crucior in hac flamma, hac meditatione tactū circunciso lætabundi summa cum gloria instabimus alacriter, tangā Domine fimbriam vestimentorum tuorum, & saluus ero, cum Thoma quia vidi, & tetigi propriis manibus nunc credo ecce Illustrissimi patres princ. opt. nouū hominem nunc circuncisum descriptum delineatum depictum, in nouitate non sensuum, sed spiritus ambulantem totum pulchrum totum formosum, totum decorum, Sed vt redeam vnde Paulò antea digressus sum oratione mea, emmisit hodie infans, extenui corpusculò sanguinem purissimum, innocentissimum, castissimum, ad huc vagiens, vix vterum maternum egressus tenellus fascis expositus signaculum fidei excipiens in delicato corpusculo, quod non dum flouerat blandimētis,

non corroborauerat cibis, non solidauerat lacte. Illud sanguine madefecit quam propere heus Illustris. Cardinales quam tempestiue festinanter, & celeriter acęrbum immaturum pręcocem emmisit sanguinem curam amoris studium sollicitudinis exhibens humano generi in qua sanguinis effusione tres habuit puer testes præcipuos angelũ Ioseph, & Mariam, O utinam purissimos tres testes, & nos habeamus nempe animi partes intellectum memoriam, & voluntatem nos deffendentes acerimeq́ protegentes contra tres malignitates hostes vitæ humanæ dæmonem videlicet mundum, & carnem sic purissima erit hæc meditatio purissimi circuncisi Iesu iocunditatis pulchritudinis delectationis plena laude, reuerentia. Omni admiratione digna quia mollis ad huc delicatus, suauis, tenellus, octaua Natiuitatis die templo exponitur in vlnis sænilibus timentis Deum excipitur summa cum gloria & reuerentia retinetur. O maximum misterium nouum in solitum, inauditum oculis & auribus admirabile, sęnex puerum ducebat puer autem sęnem regebat puer a sene færebatur senex a puero fouebatur dabat senex amplexum dabat puer sensum quod senile erat videbat quod puerile erat intrinsecus occultabatur senex puerum audiebat puer senem erudiebat o maximam in sæne reuerentiam o maximam in puero admirationem o puerum centum annorum o sænem centũ dierũ in infantili simplicitate & puerili balbutie inest sænilis sensus in

sænili sænsu inest maxima simplicitas morum puritas & vitæ candor. O puerum superiorem. O senē longe inferiorem. O puerum sæne maiorem. O senem puero minorem. O puerum senem. O senem puerum. O sænem discipulum. O puerum doctorem. O puerum ante sęnem creatum. O sęnem post puerum formatum. O sęnem blesum, & balbutiæ plenum. O puerum oratorem disertiss. & eloquentiss. Salue puer sæne senior. Salue senex puero iunior saluete ambo aue senex nunc fęlix nunc fortunate nunc beate nunc iucondissime quia viderunt oculi tui salutare tuum ista octaua die qui numerus est beatitudinis nam omnes beatitudinum gradus hoc numero terminantur numerus est sacramentorum da partes septem nec non & octo, numerus est dignitatis octo annorum erat Iosias cum regnare cępiset, numerus expiationis; expiauerūt templum diebus octo, numerus voti expletionis fecerunt dedicationem altaris die octaua, numerus libertatis seruierunt octo annis postea liberati, numerus est perfectionis suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines, numerus est saluationis octo animæ, saluatę sunt in arca Noe, numerus demum salutaris, & gratiosus, intrauit Iesus Capharneum post dies octo vt sanaret, puerum Centurionis, numerus visitationis salutis, & pacis, post dies octo iterum erant discipuli eius intus clausis ianuis, & dixit eis Pax vobis ego sum, o numerum vnde quaq; perfectissimū quadratissi-

mum, & absolutissimum salutis beatitudinis pacis plenum, Non mirum Illustriss. Card. si octaua Natiuitatis suę die Sacrosanctum circuncisionis misterium absoluit puer emmisit sanguinem propere nimis vix natus futuræ vitæ totius sanguinolente, & cruentæ viuum præsagium omen, & tutissimum augurium eundem sanguinem sudando, & estuando emisit vltima oratione, in agonia ante Patrem æternum prostratus horrendæ, passionis Sacrosancta recolens misteria eundem (dico) sanguinem nouiss. hora vitæ suæ ex vniuerso corpore abundanter effudit sanguine totus manans totus ęstuās vsq; ad pectoris dilacerati intimam partem, vt inspicerent in eum crucifix. quem transfixerant, in montibus, alpibus nemoribus, & desertis inter saxa laboriosus versabatur loca asperitatis, seuitiæ, in humanitatis plena, non mirum in montibus arduaq; q; operabatur in mōtibus transfiguratus est Petro, Iacobo, & Iohanne astantibus, in monte tentari voluit a falso demone in monte a suis adductus fuit vt precipitaretur, sed incolumis transiens per medium illorum ibat, in monte saciauit auidam turbā copiosam curiosam duobus piscibus assis & quinq; panibus ordeaceis duplicem naturam diuinam, & humanam fornace caritatis ignea concoctam necnon & quinq; stigmata sanguinolenta representātibus, in monte sedebat & docebat, in monte tradidit sacratiss. leges. In monte beatitudinum aperuit secretum absconditum, & reconditum demo-

ſtrauit, in monte orauit vltima nocte in agonia an=
te patrem eternum proſtratus, demum vt paucis ex=
pediam ſupra Caluarium Montem cruci figi voluit
in medio terræ ſalutem operando. O ſanctam ſup=
ter, & quater Chriſti vitam beatam nimis, fęlicem
nimis, imo fælicíſs: cuius omnis actio labor, fru=
ctus finis, noſtra eſt inſtructio, noſtra inſtitutio Sā
ctitatis, pietatis, religionis ſpecimen optimum, to=
ta puluerulenta cinere, & puluere aſperſa extitit vi=
ta, ortus, progreſſus, egreſſus, non ne res ipſa hoc fa=
cile demonſtrat non ne luce clarius innoteſcit, non ne
omnium literarum iudicio hoc vnum comprobat
clariſſime. Iſto miſterio circunciſionis illud idē do=
cetur quod omnes, & philoſophorum, & theolo=
gorum ſcolæ demonſtrant, omnes fere bibliothe=
cæ, gimnaſia, accademiæ, volumina, libri, membra
næ, nil aliud intendunt arguunt innuunt quā m de
circuncidendis reſecandis adimendisq; ſuperfluis
inſtruere, admonere, in præceptis ponere pro iuſ=
ſu, & traditione maiorum apud nos, & poſteros ſu
ceſſoresq; noſtros relinquere, ſed vt ab illa ſciētia
exordiar initiumq; capeſcam à qua ego vnus depē
deo, cuius perſonam induo, cuius profeſſionem ſu
ſtineo, cuius moribus imbutus, cuius veſtibus
in dutus, cuius eruditione confirmatus à qua nec
latum vnguem diſcedere intendo ad iuris ciuilis ſci
entiam me confero, cuius traditiones hic videbi=
mus in concuſſas extare, & pro veritate in confeſſo
ponere de circuncidendis ſuperfluis in quam plu=

ribus locis qui passim, & sparsim in toto vasto cor-
pore iuris tã in codice quã in pandectis legunt̃, ra-
tioné habere ꝓut legentibus se se offerunt oppor
tunæ sedes, & congraua loca, Cur tam ennixè labo
rant iuris consulti in euitandis inutilibus circuiti-
bus non alia ratione nisi vt quæ superflua sunt pæ
nitus ressecent de medio tollant ab aula dimoueãt,
sic in lege dominus testamento ff. de cõdit. in deb.
aperte legitur vbi post longam disputationem con
cluditur tam benignius quam vtilius esse recta via
ipsum qui numos dederit suum recipere, sic habet̃
in. l. cumfundus. §. seruum tuum imprudens ff. si
certum petatur, in l. si seruus §. seruum ff. de act.
empt. vbi post sabini, & Cassij, opin. relatam a Iuris
consulto Iuliano veram opinioné amplectitur iu-
ris consultus in qua Cassius directa actione non au-
tem obliqua, & breui manu contrà empt. serui
furtiui agendũ censet ad hoc dat. manus lex. prima
in prin. C. com. de leg. l. videamus. ff. si cui plusq̃
per l. falc. l. in omnibus C. de act. & oblig. & l. si
in solutum C. eodem l. ex legato C. de lega. l. ne in
arbitris. C. de arbitr. tex. in. l. fin. ff. per quas perso
nas nobis aquiritur. l. fin. C. de emancip. liber. l.
nec est nouum ff. de condict. indeb. istis omnibus
iuribus, & infinitis quorum numerum alias recen-
sui in quest. meis disputatis publicè quæ impresse
leguntur quæst. est. 1147. de hoc longiss. scripsi
in tractato meo de veritate iudic. quam pluribus
hmõi locis ostenditur tam actiones quam perso-

nas, & loca inutilia euitari sicq; circuncidi iuditia, & tribunalia vt lites facile terminentur contra intentionem quorundam malignantiũ deprauatam ideo pro crastinant lites, vt crassi, & impinguati stipendio litigantium facilius recalcitrent, sed ve' illis timeant iustam indignationem sic minitantem, ego autem in interitu vestro ridebo, & subsanabo vos, descendo nunc successiuo ordine ad praecepta theologiae quae eo solum attendunt eo dirigũt aciem, eo scopum suum terminant vt homines mortificatis sensibus castigatis iuternis hostibus viuãt, qui sunt qui sequuntur agnum purissimum, & innocentissimum, qui non sunt cum mulieribus coinquinati, qui sunt qui carbones ignis congerunt super caput proximi, qui de eo quod super est pro necessitare victus faciunt eleemosinam qui sunt demum (vt paucis me absoluam) qui irreprehensibiles absq; nota, absq; censura absq; norma viuunt illi qui captiuant sensus suos sub imperio, & potestate rationis redigunt audite Paulum vas electionis, sic iure merito de se ipso gloriantem castigo inquit corpus meum & inseruitutem redigo ne forte cum alijs praedicauero ipse reprobus efficiar. Qui vincunt in praelio obtinent in lucta trionphant in certamine pericoloso qui captiuant semetipsos pe sundant desideria opprimunt cupiditates, calcant falsas glorias & emergunt non immerguntur in cogitationibus suis, attendite eundem attestantem sentio aliam legem in membris meis repugnantem

legi mentis meæ & captiuantem me in sensu pecca
ti quam qui vincit qui superat gloriosus victor fæ
lix triumphator omnium iudicio reputatur, sed nõ
ideo carnis & sanguinis abneganda est conditio,
& natura vt tirannum potius quam victorem in
duamus impietatis faciem & in humanitatis vultũ
assumentes vt fecit alias impia mulier contra patrẽ
mortuum de qua cæcinit poeta, Ipse sub exquilijs
vbi erat sua regia cæsus, Corpus vt aspexit lachri
mis auriga pro fusis, Restitit hunc tali prouocat il
lã sono, Vadis an expectas præcium pietatis ama
rũ, Duc (inquam) in vitas ipsa per ora rotas hęc in
patris cadauer seuitia impia crudelitas nõ victoria
sui ipsius vocitãda est de victoria in trinseci homi
nis scripsit poeta in hæc verba ad amicum, Latius
regnes auidum domando spiritum quam si remo
tis gadibus libiam iungas & que sequũtur, plusglo
riæ, honoris, & existimationis comparauit Alexan
der Magnus in præstita incorruptæ illesæ q; mulie
ris se cura custodia quam in omnibus antea habi
tis victorijs exindeq; reportatis tropheis, quid dicã
destrenuo illo duce, o Di boni quantã gloriã, quã
tum decus fuit pro meritus eo quod siphonisbam
siphacis vxorem honestissime tractauerit, ne mole
stũ sit aureæ texturæ ferreum immiscere sed quid
(dico ferreum) immo aureũ praeciosum nimis, &
si a pagano proficiscatur, tamen in hoc angelico
ore loqutus est diuino spiritu aflãte & os suũ ape
riente, veritatis. Diuinitatis admirationis plenum

audite

audite quæso Ciceronē eloquentiæ patrem, & hic veritatis filium in oratione quàm habuit pro Marcello, ad C. Cesarem, sic exorditur cęlesti ore nulla est Cesar tanta copia quæ non ferrò ac viribus debilitari frangiq́ possit verum animum vincere iracundiam cohibere victoriam temperare, hæc qui facit non eum summis viris comparo sed simillimū Deo iudico, quo celesti ore qua diuinamente edoctus hic fuerit locutus pater eloquentiarum vestrū omnium sit iuditium Principes Illustrissimi. quid mirū si ex concremato oliuę stipite conficitur cinis nam in abnegationem sui ipsius consistit omnis victoria. Sed postq̄ satis à recto tramite fui deflexus à tutissimo calle deuiaui, equum est vt ad rem propriam accedam ad negotium propositum mepropius conferam diximus hactenus, & repetere iuuat de circuncisione Xp̄i quæ vt fuit sanguinolenta laboris, & doloris plena, sic vita tota puluerulenta tota confossa confecta, & afflicta illum semper fuit con comitatata laboribus plena sudoribus plena vigiliis pernoctationibus obnoxia nam (vt ingenue fatear quoties in sacris literis legitur ipsum fessum lassum defatigatum, saucium, vulneratum attritum, exinanitum, & alijs infirmitatibus motibus passionibusq́ humanis agitatum, Apud puteum, Iacob, dum Samaritanam mulierem ad se disputando traheret fessus ex itinere sedebat sic supra fontem nō nè in infirmitate dilecti Lazari dū alloqueretur sorores pias mulieres carūq́ doloribus, & ęrumnis

compateretur pariter conturbatus, & contristatus fleuisse & lacrimatus fuisse legitur, ac in eo suscitan do iam quatriduano, iam fętente post orationes ad patrem peroratas infremuit spiritu, ô rem admira/ bilem obstupescendam in oculis nostris infręmuit ille leo cuius fręmitum omnes extimescunt, expa= uescunt verentur etiam dæmones inferni contre= miscunt, ille est leo qui vicit de tribu Iuda compri/ matur ille leo qui rugiens quotidie, circuit quęrês quem deuoret cui resistendum est in fide, quod la boriosa fuerit sacratissimi leonis vita satis constat, vt legitur in domo Principis leprosi qui dum discũ beret mundari, lauari, restaurari, vngi, & curari fu it passus quatenus à muliere peccatrice fracto ala/ bastro prætiosi vnguenti nardi, spicati, prætiosi, optimi, redolentis, spirantis, fragrantis, restauran tis vnct. adeo bene olentis, vt tota domus ex odore repleta fuerit quẽ suauissimum odorem non recu= sauit, non fuit aspernatus immo gratissimum offici ũm contra murmura improba detractorum acceri mẽ deffendit (inquiens) quid molesti estis huic mu lieri bonum opus operata est in me, nam pauperes semper habebitis, me autem non semper, sicq; exci pi salutari, honorari, foueri, cibari, potari, suble= uari, exhilarari recreari, restaurari, & alleuiari vię difficultatem laboris, asperitatẽ itineris amaritudi nem ex humili lotione pedum, ex sacra corporis vnctione ex pia abstersione mulieris publice do/ cuit in pręsenti domo, Septem namq; domos magi

ſtrum intraſſe in ſacris literis reperio, Archiſin. Prin. amati Lazari, Febricitantis Petri ſocrus, deſolatæ viduæ, ſolemnium nuptiarum canę Galileæ, lepro ſi Simonis, Zachei conuerſi, hæc miſtico ſenſu argu ere po ſſunt ſepté dona ſpiritus ſancti quibus regi mur quibus viuimus, o vtinam illud idem in nobis ſentiamus quod Zacheus ſenſit, deſcende quia in domo tua opportet me manere, ſic ꝑfectò ſentie/ mus ſi cũ diſcipulis diſpoſiti ad illũ excipiendum clama bimus Mane nobiſcum domine quoniam ad veſperaſcit & inclinata eſt iam dies quid mirum ſi á muliere Samaritana petit aquam dicens, mulier da mihi bibere, in deſerti horore, & ſqualore poſt lon gum ieiunium ſe hominẽ demonſtrauit, dum po/ ſtea eſurire atteſtatur, ad menſam diſcipulorũ ad: mirantiũ, & obſtupeſcentium ſummit panem, & partem piſcis aſſi ſicq; cognouerunt eum in fractio ne panis ad nuptias ſolemniſſimas, & lætiſſimas Ca ne Galileæ inſipidam aquam inſ ſuauiſſimum vinũ potaturus conuertit, ò vitam laboris difficultatis plenam pulueruléntam cineribus totam aſperſam rurſus miraculis, & ſignis clariſſimis illuſtratam, memor ſum, & vos Illuſtriſs. Prin. memores eſſe de betis illius exẽpli pulcherimi, & notatu digni eli/ ſæi prophetę in quo tota pulueruléta Chriſti vita Clariſſimo teſtimonio demonſtratur, quam ſic bre uibus intelligite, mor eſt in olla, quam Eliſæus pro phetæ & vir Dei aſperſa farina ſanauit, curauit, ex: purgauit, emundauit, vt regum 4. legitur hanc al:

legoriam misticumq; sensum si propria, & germa=
na interpretatione explicare voluerimus quis non
sani sensus videre potest Christi vitam omnino ref=
ferrè rectè repraesentarè quid aliud est olle instru=
mentum quam proprium, Domini Nostri Corpus
viuentis human . & consequenter corpora nostra
quae terrea fragilia, vana corruptibilia labilia peni=
tus existunt ob peccata quorū stipendiū est mors
interitus perditio, iactura, & ad corruptionem ex
eo facile rediguntur, vidit sapiens omnia sub cęlo
corruptibilia ex peccato causata hic obrepit mors
aeterna vltima iactura, grauissimum dispendium, q̄
Eliseus plusquam propheta de plebe excitatus fa=
rinae asperso remedio humanitatis suae optimo, ac
suauissimo liquore allato strenuè sanando restaura
uit, restaurandoq; sanauit. Ecce Patres surgamus
omnes sedentes exurgamus iacentes in in fecae pec
cati. Ter in sacris literis reperio Christum surrexis
se semel à cena, a synagoga iterum a monumento
postremo, resurgamus, & nos auditores eius exem
plo a crapula in qua inest ebrietas lasciuia inconti=
nentia resurgamus a tumultu in quo in est scanda=
lum confusio, resurgamus a monumēto peccati ab
otio torpore, inertia, socordia, & desidia in qua in=
est peccandi occasio libidinis fomentum & esca quę
omnia procliua sunt ad malum & fugienda omni
conatu ab homine virtutis aemulo iuxta illud, ven
ter, pluma, venus laudem fugienda sequenti sic ēt
reperio Iesum ter laborasse & fuisse operatum insu

ſcitandis mortuis filiam excitauit Arch. Prin. nuper mortuam ad viuos reuocauit paruo labore, vnicũ filium viduæ extra portam elatum maiore labore vitæ reſtituit, quatriduanum Lazarum iam fætentem ſumma difficultate ſpiritus fremitu, mentis perturbatione lachrimantibus oculis a ſepultura vinctum reuocauit. Ille idem nõ habet in aliquo abreuiatam manum ſed quemadmodum mortuos excitauit ſic triplicem ſtatum peccatorum a ſepultura peccati expergefaciet ille eſt qui etiam peccata dimittit hoc totum ſignificatur im pſalmo qui ſic habetur, beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum in via peccatorum non ſtetit & in cathedra peſtilentiæ non ſedit, reſugamus itaq; ſomnolenti de ſopore & ombra mortis, eduxit nos Deus de lacu miſerie & de luto fæcis de ſtercore erexit nos, videamus ſalubre lætum amenum ſpectaculum pium religioſum pijs, & ſanctis hominibus, egrediatur ſpõſus intellectus de cubili ſuo, egrediatur ſponſa anima de thalamo ſuo, ſubminiſtrent inſeruiant famuletur in hac Chriſti vita, & noſtra ſucceſſiue examinanda, quæ vt membra ſuum caput in ſequuntur, lætiſſimi ambo videant lætiſſima admirentur laudent obſeruent, ac immitentur, vngant caput ſuũ omnes, vt vnxit ſignifer noſter Chriſtus dum vixit toto vitæ ſuæ curiculo oleo charitatis, amoris, dilectionis, benedictionis, impinguent in oleo diſtillantis gratię caput ſuũ, vngat eos Deus ſalutis oleo lætitiæ oleo benignitatis, & dementiæ faciem ſuã

lauent, maxillas lacrimis irrigent, poculum cum fletu misceant in signum amaritudinis attritionis doloris plorans plorauí dominum inquit iustus lachrimę in maxillis meis dolor in conspectu meo semper adsit vnguentum signum fortitudinis, argumentum strenui, & inuicti animi sic antiquitus corpora pugnantium gladiatorum illi niebantur, sic qui in circo pugnaturi descendebant armabantur, sic extremo vitæ spiritu corroborantur morituri Sacrosancto oleo, extrema vnctione, vt confirmati, restaurati, adiuti, in periculosissimo illo, & vltimo agone, contra insidias malignantis hostis audacter pugnent victoriamq; ex eo deinde reportent, quod est tanto periculosius quanto grauis discrimen ęgroti hoc remedio vnctionis multa infirmantium corpora alias curabantur, vt legitur de Apostolis qui veniebant ad infirmos vngentes eos oleo in nomine Domini, & statim sanabantur, sic Daniel, Saul, Dauid, Samuel Reges antiqui vncti sic pręparati, sic dispositi prodibant viriliter intrepideq; ad certamina ideo Daniel trium hebdemodarum diebus vnguento vnctum non fuisse conquerebatur, his duobus preuijs non mirum si cursum vitæ Christi, & pariter nostræ quæ ab ipsa tanq̃ a recto filo dependet summa cum lætitia, & iocunditate in nobis sentiemus, cuius circuncisionem hodie pie recensemus, citra omnem vanitatem solum pro ver tate rei loquentes, antiquorum morem imitando. qui prudenter, & sapienter plumas congrega-

bant in loco cinerum ibiq; repositas concremabāt argumentum remissi pœnitentis quæ animi quid aliud arguunt plumę quam leuitatem ambitionem vanitatem fastum, & superbiam nostram, quæ ad instar plumarum lęui afflatu tenui vento, facili, impetu paruo labore facili excussione dimouentur ex cutiuntur, agitantur hinc inde impelluntur, sicut puluis ante faciem venti, quis dabit plumas vt volem super æthera æerem verberans inquit gloriosus ille, & vanus. Congregentur itaq; Illustrissimi Cardinales, reponantur, reseruentur, superflua in loco cinerum, vnica recognitione conditionis nostrę humanæ, si vitam nostram, vitæ Christi a cuius institutione dependet, prouenit, exoritur, procedit, proficiscitur, scatet, manat, pullulat, germinat, tota, descendit, similē efficere studemus, sic examinētūr animi, trutinetur conscientia æqua libra iusto pondere, directa, lance firmissimo, radio, sic ponderetur mens nostra, quid superbis terra, & cinis, quid gloriaris puluis, & vmbra quid te iactas vermium cibus, & esca memoretur homo nouissima sua qui memoratur hodie, & recolendo recenscet, Christi Pastoris sanguinolentam circuncisionem in æternum non peccabit descendant in infernum viuentes assidua meditatione mortis sic colliget vir mundus cineres in custodiam, eritq; expiatio, & venia perpetua non in pœnam, non in plagam, non in percussionem, & vltionem conuertetur cinis, vt percussus fuit alias diuino iudicio

Pharao impius, & inhumanus, sed in remedium in medicinam in expiationem, & saluberimum antidotum erit vt sanatus fuit regius citharedа Dauid; hæc sit meditatio cogitatio consideratioq; humanę conditionis, ex qua vir mundus factus à peccato recedit à sommo excitatur à morte eripitur à vitijs sanatur, elleuatur ad Deum, erigitur extollitur in bonum, memoretur itaq; nouissima hora qua nil salubrius, nil vtilius, nil decentius, nil oportunius, nil conuenientius euenire mortali potest, sic superantur hostes vincuntur innimici, debellantur potentes contrarij, cõfringuntur vani furores motus cohibentur, non nè quidqnid est inmundo (vt ingenuè fatear) aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut vitæ superbia, hæc omnia breuiter agendo tolluntur, sanantur, expurgantur, emundantur emendantur vnica mortis consideratione quam vitæ nostrę puluerulenta, & cineribus aspersa commemoratio facile representat, si homines cum ad vanum mulieris amorem impelluntur ad lasciuiam, & Venerem igniculis, quibusdam, & ardoribus, carnis vitio excitantur, se cinerem vitæ nostrę comitem puluerem vmbram, & terram quibus fabricati compacti viuimus, amare cogitarent non nè statim rescipiscerēt homines se ipsos colligerēt ad bonos mores reuerterentur, à lasciuia, & Venere coercerentur, ad verum solidumq; amatorem statim accederent lætissimi, Si ambitiosi homines vani & superbi qui multa affectant, exoptant, vidēt,

auidè

auidè desiderant insatiabiliq; appetitu, vt gurgite vasto anhellantes crucientur talem esse conditionem humanarum rerum, & naturam earum cogitarent, vt nil sub celo sit firmum, nil perpetuum, nil securum, nil tutum, nil solidum, sed periculis quodcunq; ac discriminibus obnoxium fortunæ furoribus, ludibrio, & motibus oppositum, non ne statim vanum repprimēt appetitum cohercebunt frænabunt, domabunt, & ratione accedente se ipsos castigabunt, clamitabuntq; cum sapientissimo Salamone vanitas vanitatum & omnia vanitas præter amare deum, si demum mortales fastu, & ambitione pleni, inani gloria agitati, & perculsi, excogitarent, rectè pulchritudinem, formam, decorem, fortitudinem honores diuitias opes quibus alliciuntur, & dellectantur, oblectantur pariterq; cruciātur propediem terræ reddenda breui in cinerē dissoluta, & ressoluta in omnia non ne à falsa persuasione, à vana ambitione, ab ambitiosa vanitate ad solidam, & veram gloriam sese conferent illico, statim dicto citius, qui stat videat ne cadat, nā a mane vsq; ad vesperas mutabitur tempus, flores cāpi, lilia agri, rosæ viridarii, cito inueterascūt, citius corrumpuntur, euanescunt & marcescunt citissimè hodie in agro cras in clibano mittuntur manè florēt in vesperis defflorescunt, alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur, fiunt sicut fænum tectorum quod priusq̄ euellat exaruuit instabilis est mobilis vacillat, titubat, fallax gloria & pulchritudo, no-

cte pluit tota redeunt spectacula mane, standum est inconcusso gradu, non cadendum ad leuem re luctantem auram, qui cæcidit stabili non erat ille gradu firma sit arbor non estimescat mala, non in tumescat in bonis omnis plantatio quam non plã tauit pater cælestis eradicabitur excidetur vt infru ctifera & in ignem mittetur ad nichilum valet vltra nisi vt proijciatur & conculcetur ab hominibus, fi genda est firmissima radix, ideo cecidit Iudas quia non erat stabili fundamẽto firmatus nec solido fir mamento stabilitus, fondamentum aliud nemo po test ponere pter id quod positũ est quod est Chri stus hic est lapis angularis qui factus est in caput ę dificij ideo cęcidit angelus lucis falsus arrogantia sua confusus quia fondamento carebat ędificium in aere aærem verberans, in aura aurum ponens, i deo cæciderunt in grati parentes nostri quia in are nam lubricam edifficarunt turrim quę ad motum, venti suggerente serpente concidit, eritis sicut dij &c. o grauem casum, o periculosum nimis lapsum si remedio careat, nam quandoq; releuantur caden tes, vè soli quia si cęciderit nõ habet subleuantem, cæcidit etiam Petrus Apostolorum Princeps & ta men diuina gratia subleuatus nam ęgressus foras, fleuit amare, cæcidit Paulus euangelicus persecu tor tamen diuina ope releuatus conuersus vas ele ctionis factus, quia ad se ipsum reuersus dixit Do mine quid me vis facere, cęcidit augustinus hæreti corum malleus, cæcidit Dauid Regius Propheta, &

inuentus est homo secundum cor dei, cæciderunt dilecti discipuli in monte thabor, & erecti illico fuere non mirum quia cæciderunt in faciem Christi sui nam oculi domini super timentes eum quibus respexit Petrum ideo egressus fleuit amare, ceciderunt etiam Iudei in horto satellites, ministri, sicarij dum caperent dominũ non potuerũt isti resurgere abierunt retrorsum & cæciderunt in terrã, indignabundum vultum respexerunt vultus domini super facientem mala, o prolapsum infelicissimum desperatissimum periculosissimum omni remedio & solatio indignum omni malo & morte dignum nulla ergo viuenti sit cura vanę pulchritudinis formæ informis quæ potius destruit q̃ instruit vexat magis q̃ ornat, condemnat citius q̃ commendat, illa est exoptanda, affectanda, inquirenda, de qua scriptum est specie tua & pulchritudine tua intende, pspere, procede & regna ideo dilexit te Rex & introduxit te in habitaculum suum, nunc excitemini ad pulchritudinẽ animi quæ vera est & solida dominicę circuncisionis exẽplo, sui te mur oẽs. vnica consideratio remedium & vtilitatem apportat tutissimam, sanitatemq; donat lætali morbo, concomitanti triplicem vitæ nostræ statum cotiditionem, & qualitatem præcedit nascentem hominem ingressus qui nil aliud est quam putredo corruptio fætor, pessimus odor, audite clamantem proph. putredini dixi pater meus es, mater mea, & soror vermibus, hæ sunt clientellæ, hæ propinquita-

tes, hæ parentellæ nobilitatis, vrbanitatis, ciuilitatisq; nostræ hæc stigmata, hi triomphi hæc trophæa, hi pilei, hæ mitræ, hæc palea cōditionis humanæ (sed ad progressum reuertar, quid aliud est quæso) quā morbus passiones, ægritudo, infirmitas, cicatrices, vulnera, plagæ, dolores, amaritudines, sanies, oppressio, & liuor perpetuus, putruerunt inquit, & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientie meæ, sic glorietur gloriosus, sic se iactet iactabundus, sic tum escant superbi, sic remitto ita condono, ita parco, ita indulgeo. Superest ad huc eggressus noster, qui cibus est vermium esca animalium ibi tineę nidificant, ibi vermes morantur puluis vmbra, cinis, in nihilum ressoluunt, dissoluunt corpora nostra audite eūdem attestantem qui, tāq̄ putredo consumendus sum (inquit) & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. hæc sunt insulsa gaudia, hæc insipida oblectamenta, hę falsę gloriæ, hę vanitates læuissimę, & vanæ recreationes, insensissimi mundi huius, quæ diuersimode varijsq; nominibus, a scola philosophorum vocitatę sunt alij, somnum, vmbram fucum laruam, vanitatem, quidam tragediam risum, iocum, appellarunt, alij bullam fumum, ventum, vitrum, tenuem auram iudicarunt, quidam fabellam fauillam, ignis, flętū, lachrimas, perpetuam amaritudinem, dixere. Quid ergo vlterius remoramur, excitemur omnes cum vidua anima nostra panem subcinerititium, Elyseo prophetę allacres porrigamus opera nostra fructosissi-

ma exhibeamus, membra expurgata prҿstò demus
seruire non imunditiei, non carni, non peccato, sed
spiritui, & veritati, & postea mori non curemus,
quia tunc mors abscondita est cum Christo in vita
nimis prætiosa, nimis grata, nimis cara, si pia, si re=
ligiosa existit. sic hydria farinæ non defficiet, ope=
ra nostra sancta, & bona non deerunt vllo vnq̄ tem
pore, lechitus olei non minuetur, diuina gratia om
nia quamuis maxima, & ardua, nobis suggeret fæli
cissima dabit in labore quietem, in difficultatibus,
iucunditatem in arduis facilitatem, in spinis deli=
tias, in infirmitate solatium, in tribulationibus de=
lectationem, in passionibus leuamen, in desperatio
ne summam spem condonat, Immo si benefacien=
tes erimus, Si inquam pœnitentes contriti & dolen
tes cinerem tanq̄ panem manducabimus, & pocu=
lum cum fletu miscebimus, rorem suum Cadere fa
ciet super nos illҿ distillabit gratiam ille abondan
tiss. largiss. & copiosiss. ille (inquam) qui dat ni=
uem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit,
Quid aliud dum viuebat, agebat, attendebat, nite=
batur pastor ouium nisi vt filios Dei vt errantes o=
ues dispersas congregaret in vnum adeò ex animo,
ex corde dilexit nos vt vsq; in finem dilexerit sem=
per. Nunc seriò agitur, nunc facto opus est, verū
hic labor, studium, solicitudo, & diligētia totius ne=
gotii, vt fortes, intrepidi, audaces, & impauidi pu=
gnantes bellicosi nō imbelles armati non inermes
custodiamus atrium cordis nostri, tunc in pace in

quiete, i tuto reposita sunt omnia, dormiendũ, iam non est, immo pernoctandum, immo Ellucubrandum, & acerrime vigilandum. Iam multitudo armatorum circonualauerunt domum. Iam ascendunt aggerem iam dissipant sæpem, iam irruunt p ostium, iam tumultuaη. iam cateruatim, Certatim, altercatim turmatim, & turbatim obstrepunt hinc inde, tamen, ne timeatis, ne vereamini, ne dubitetis. Confidite filij (clamat æterna veritas) Ego vici mondum confide dilecta sponsa Ecclesia Romana Magna est fides tua, Ideo magna illi sunt præparata pręmia resseruata corona imortalis quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in Cor hominis ascendit, Ideo veni dilecta mea, formosa mea, sponsa mea, decora, & pulchra nimis dilexit te Rex, ex formosa, & honesta facie, & introduxit te in habitaculum suum, & sicut credidisti fiat tibi. Confide Pii Pont. Opt. & Max. nauis Petri fluctuare quidem potest aliquando, & raro submergi vero nullo modo, a Deo peritiss. & exercitatissimo nauta regitur, a Deo custoditur, a Deo intutamen, & protectioné strenuè suscipitur in feliciss. portum vehitur confide Petri successor, & Christi Vicarie, Orauit pro te Christus Orat. Iugiter vt non defficiat fides tua Rursus Confidite Cardinales Optimi patres Illustriss. Princ. in vobis residet decor, ornatus, & splendor totius Ecclesię Romanę in vobis ipsis taq̃ in Cardine firmiss. tutiss. & inconcusso voluuntur Maximi postes ostii Ecclesiæ si Deus pro vobis quis contra